

AUXILIUM LATINUM

LATIN AID

A. P. S. L.

ALBERT E. WARSLEY, A. M., Litt. D.; EDITOR and PRESIDENT
ALFRED V. FRALEY, A. M., Ph. D.; SECRETARY and TREASURER

VOL. IV

MARCH 1933

No. 6



SIMPLIFIED PRESS, Pubs., Box 54, P. O. Station "S", BROOKLYN, N. Y.
Copyright 1933, by the SIMPLIFIED PRESS. Printed in U. S. A.

DE VIA FERREA

(Railroad)

Theodore Laboure, O. M. I., M. A.
San Antonio, Texas

(De Impedimenta — Baggage)

To pack up—Convexo, -are -avi -atus
To unpack—Exonero, -are, -avi, -atus
Freight (goods)—Mercimonium, i, N.
Baggage room—Sarcinaria officina, F.
Baggage man—Sarcinarius, i, M.
Baggage check—Lamella, -ae, F.
Freight—Vectura, -ae, F.
Porter—Bajulus, i, M.
To carry baggage—Bajulo, -are, avi,
-atus
Hand cart—Carrulus, -i, M.
Express—Bastaga, -ae, F.
Express office—Bastagaria officina,
-ae, F.
Express master—Bastagariae Praefectus, -i, M.
Baggage master—Sarcinariae praefectus, -i, M.
Express man—Bastagarius, -i, M.
Tip—Corollarium, -i, N.
Baggage car—Carrus impedimentarius, -i, M.
(Extendetur)

VOCABULA MEDICINA

ALBERT J. BERES, M. D.
Wood-Ridge, N. J.

Dens, dentis, M.—tooth
Diabolus, -i, M.—devil
Digitus, -i, M.—finger
Dilator, -oris, M.—that which dilates;
dilator
Dilutus, -a, -um—dilute
Dimidius, -a, -um—half
Diphtheria, -ae, F.—diphtheria
Dolor, -oris, M.—pain
Dorsalis, -e—of the back, dorsal
Dorsum, -i, N.—back
Dosis, -is, F.—dose
Drachma, -ae, F.—drachm
Ductus, -us, M.—duct
(Extendetur)

VOX AMICORUM

"Were some of the dead Romans like Cicero, Caesar, Vergil, Ovid, Horace, Sallust able to have read and seen that combined January-February pink issue of Auxilium Latinum, I am positive that they would have agreed with me in declaring it the best A. L. yet issued to us avid followers of their classical language. Oh boy, what an issue! Such a variety of material, on the best and most interesting topics, by master Latinists which Auxilium Latinum boasts as its editorial board. I don't know of a SINGLE magazine that can equal in scholarliness the editorial staff of our A. L. and I know many! And furthermore, there is something cute and loveable and attractive about A. L. that makes me anxiously await its arrival. You might think I'm just throwing it, Editor Warsley, but what I write is also the opinion of almost a hundred subscribers whom I know and we're sincere. I've also been appointed a committee of one to write you that we make a motion to have A. L. appear bi-monthly in 20 or 24 pages, on the style of the combined Jan.-Feb. issue, instead of a monthly in 12 pages in the belief that we would be the gainers as regards a variety of material and lengthier articles by the Staff. Continued success." Josephus Michaels, Sect'y. of the R. L. C., Rochester, New York.

Editor's Note: The above is an excerpt from a lengthy communication received from Mr. Michaels quoted at some length in the belief that other of our readers might write us their views on the suggestion propounded by Mr. Michaels and his friends. Do you second his motion?

"Auxilium Latinum is such a miracle of gaiety and inspiration that we take thankfully any issue you send us, Dr. Warsley. I am, incidentally, inclosing my address change for your records." Miss Mildred Dean, Latin Department Head, Washington, D. C.

AUXILIUM

LATIN



LATINUM

AID

SIMPLIFIED PRESS, Pubs. BOX 54, P. O. STATION "S", BROOKLYN, N. Y.
Official Organ ASSOCIATION for PROMOTION of STUDY of LATIN
(A. P. S. L.)

(Membership Certificate granted to each Subscriber)

MANAGING EDITOR: ALBERT E. WARSLEY, A.M.; Litt. D. (Membre d'honneur de l'Academie Latine d'Echanges Intellectuels). Kindly assisted by following Contributing Associate Editors: A. J. Beres, M. D.; Lillian B. Lawler, Ph. D.; Dr. N. R.; Julia Sabine, A. B.; Grace D. Veatch, A.M.; E. D. Daniels, Ph.D.; Theodore Laboure, O.M.I.; A.M.; E. S. Gerhard, M.A.; Gilbert F. Esser, C.P.P.S., A.M.; Arcadius Avellanus, Ph.D.; Alfred V. Fraley, A.M., Ph.D.; Fred Gruhn, S.V.D., A.M.; A. F. Geyser, S.J., A.M., with Mr. George Pazmino as Staff Artist. Contributions from readers welcome.

VOL. IV

MENSIS MARTIUS MCMXXXIX

NUM. 6

REGULUS

E. S. GERHARD, Northeast High School
Philadelphia, Pennsylvania

Anno nono primi Punici belli Regulus iterum consul creatus est. Romani nunc magnis cum copiis in Africam invadere statuerunt. Itaque Regulus una cum Manlio, altero consule et socio suo, trecentis cum triginta navibus, legionibus in Sicilia in navibus positis, ab Economo navigabat ut in Africam transiret. Regulus sic primus Romanus dux qui in Africam incursionem fecit. Classis Carthaginensis, Hannone et Hamilcare imperatoribus, Romanas copias exspectabat et enavigabat ut eis obviam procederet. Romani victores proelio insequente sunt; tantum viginti quatuor naves hostium deleverunt et sexaginta quattuor plures una cum nautis ceperunt. Carthaginenses nunc domum contenderunt ut urbem defendenter; Romani copias suas ad urbem Clypeam exposuerunt quam urbem ceperunt et ibi principia sua statuerunt. Totam Carthaginensem regionem ferro ignique pervastaverunt et ingentem praedam inermi ab agro collegerunt.

Regulo ob res bene gestas in annum proximum imperium prorogatum est. Quod ubi cognovit, scripsit senatu villicum suum in agello septem jugorum mortuum esse et non solum servum aufugisse, sed etiam instrumenta rustica obtulisse. Quam ob rem a senatu petivit ut pro se aluis in Africam mitteretur; nam deserto agello, uxor liberique alimentis indigerent. Senatus statim bona quae Regulus amiserat publica pecunia redimi jussit et agellum colendum locavit et alimenta uxori et liberis praebuit.

Appetente hieme Manlius, alter consul, jussu Senatus Romam dimidia cum parte exercitus rediit, cum Regulus dimidia cum altera parte remanebat ut bellum persequeretur. Carthaginenses iterum aggressus eos caede magna devicit: quindecim milia hominum occisi sunt et quinque milia hominum una cum duodeviginti elephantis capti sunt. Carthaginenses, desperatis suis rebus, ad eum legatum pacem rogatum miserunt. Sed Regulus successu rerum ferox, conditionibus

pacis tam intolerabilibus instabat ut Carthaginenses bellum continuere constituerent.

Tandem a Lacedaemoniis auxilium petiverunt, qui Xanthippum, mercenarium Graecum militem et virum belli peritissimum, miserunt. Is Carthaginensis fidem ejusmodi inciebat ut eorum copiis praefectus sit. Cum quatuor milibus equitum et centum elephantes in campum apertum iter fecit ut obviam hostibus iret, etsi copiae suae plane impares numero Romanis erant. Regulus ultima pernicie victus est; duo tantum milia hominum suorum refugerunt; triginta milia occisi sunt, et Regulus ipse cum quinque milibus pluribus captus est et in carcerem conjectus est. Hic quinque annos erat captivus.

Postquam Carthaginenses ab Metello proconsule victi sunt, Regulum una cum legatione Romam pacem rogatum aut ut pacisceretur de permittandis captiuis miserunt, sed non dum jurejurando eum adejunt ut, si non impetravisset, ipse Carthaginem sua sponte rediret, quoad putarent libertatis suae adipiscendae causa suis persuasurum esse ut de permittandis captiuis consentirent. Simul atque Romam venit, urbe servus Carthaginensium inire recusabat, postquam eam initivit et in senatum inductus est, mandata statuit, sed sententiam ne diceret recusavit, (dicens) quamdiu jurejurando hostium teneretur se non senatorem esse. Jussus a senatoribus sententiam dicere, eis quominus de conditionibus pacis consentirent aut adeo de permittandis captiuis persuadere conabatur. Cum videret eos labantes adeo eis quominus eum redimerent a captitate persuasit. Hic eis narravit Carthaginenses ei venenum lene dedisse quod mox vitam suam finiret. Tandem Senatus per auctoritatem eius conditions Carthaginensium respexit.

Tum firmiter omni persuasioni amicorum suorum resistebat ut Roma remaneret; non domum suam adivit sed

(Finitur in Pagina 7)

HOMO INTEGR

E. D. Daniels, Ph. D.
Brooklyn College, Brooklyn, N. Y.

Abhinc multos annos cum rex quidam hominum probum, qui sibi futurus esset filius ut idem omnia totius regni vectigalia exigeret, reperire vellet, nesciebat quem ad modum talem invenire poterat. Sapientem igitur auctorem consuluit qui inquit: "Edic et convoca omnes qui hoc munus petant, ad regiam ad diem constitutum ut convenient. Deinde tu, omnibus convocatis, posces ut hi omnes saltent. Tibi demonstrabo qui sit integer cum pe-
tieris ut omnes saltent." *probus,*

Die constituto, omnes qui petebant *munus* ad regiam convenerunt ubi eis imperatum est ut omnes singuli per porticum obscuram ad regem progrederentur.

Simul ac pro regno eius regis per venerunt quos cohortatus liberaliter que prosecutus locutus est: "Homines liberales, amici mei, vehementer cupio videre quam bene saltare possitis. Saltate, sodetis."

Omnis autem erubentes statim negaverunt se saltare posse. Unus tantum erat qui libenter dixit se posse saltare qui deinde bene saltavit. "Hic est *probus*," inquit homo sapiens qui regi saltatorem demonstravit. Nam in portico obscura sapiens deposuerat saccos auri plenos et omnes improbi dum per porticum obscuram progrediuntur, suos sacculos auro regis compleverant. Si tum saltavissent, nummi sonum maximum fecissent itaque negaverunt. Sic saltator creatus est qui solus omnia vectigalia eius regni acciperet.

REQUIESCAT IN PACE

It is with a note of sadness that we announce that God, in His infinite wisdom, has seen fit to take from our midst at this time, Mr. John Parmenter, President of Geneva Savings Bank, Geneva, N. Y., who was one of our charter subscribers.

DE INCOMMODIS COLONORUM VIRGINIAE

Gilbert F. Esser, C.P.P.S.; A.M., St. Joseph's College
Collegeville, Indiana

Prima Americae colonia anno MDCVII ad flumen James in Virginia collocata est. Coloni ex diversis erant ordinibus, maxime vero ex nobilitate—homines qui pecuniam suam amiserant vel quibus propter aliquod delictum in patria pacifice manere non licebat. Dissensiones saepe nobiles inter et operarios ortae sunt eo quod illi laborare aut ignorabant aut noblebant. Non nulli colonorum, qui sorte sua non contenti querebantur quod in Britanniam redire non poterant, ad castra Indianorum proditiois causa se contulerunt. Accessit ut praefectus Wingfield ceterique primi consiliarii imperium suum inepte administraverint. Quibus rebus fiebat ut nova colonia minime cum felici successu profecta sit.

Quae cum ita essent, fames sitisque oritur inter colonos, et complures eorum contractis e palude vicina febris misere vita defuncti sunt.

Ab Indianis autem, ejus regionis incolis, maxime vexabantur. Hi erant homines indole simplicissimi. In bello quidem fortissimi, cum Britannos primo vidissent neque eorum originem aut finem transeundi oceani intelligerent, eos esse deos e coelo delapsos arbitrati timore ingenti sunt correpti. Postea vero, benigne ab Anglis habiti, et audaciore facti sunt et magnam partem molestiores cum in castris eorum vagarentur. Callidos praecipue se ostendebant ac saepius parvas res quae facile amoveri poterant furtim auferre conati sunt. Etiam pueri Indianorum, dum sereno vultu aliquem op-

erarium laborantem attendunt, parvum instrumentum uti cutellum vel scalprum nudis pedum digitis surripere ausi sunt.

Avaritia quoque Indianorum saepe numero monstrata est. Nam rogati quantum frumenti aliqua veste vel lodiice permutare vellet, quamvis rei cupidissimi essent magnamque frumenti copiam haberent, respondebant sese non amplius exiguum quantitatem, quae una manu contineretur, daturos esse. Non minus rudes enim quam callidi, cunctas possessiones colonorum hoc modo se sibi comparare existimaverunt. Dicere tamen oportet non omnes Indianos ad furtum fuisse prinos: multi eorum saepe colonis munuscula obtulerunt uti carnem cervorum, papones, et alia similia.

Indianis colonis finitimi amico quidem erant, remotiores vero, quod timerent ne Britanni agros suos occuparent seque e suis finibus expellerent, bellum in dies intulerunt. Wingfield et alii colonorum duces, barbarorum consuetudinem pugnandi nescientes, castris haud satis munitis, semel iterumque vix cladem averterunt. In primo proelio duodeviginti *ex colonis* vulnerati sunt.

Wingfield autem a principatu remoto aliquis consiliariis vel demissis vel morte absuntis, Joannes Smith, in Europa multas fortunae vicissitudines expertus, in itinere maritimo haud paucas contumelias passus, consensu omnium coloniae praefectus est. Cum mira alacritate, magna vero prudenter, opus suum inchoavit. Sine mora ei maxima cura erat quomodo victum sociis suis compararet. Indianos frumentum et fruges flagitavit et magno labore summaque patientia erga istos pueriles homines impetravit.

ORATIO A RUFO CHOATE HABITA GEORGII GUASINTONII DIE NATALI

(RUFUS CHOATE'S SPEECH ON THE BIRTH-DAY OF WASHINGTON)

A. F. Geyser, S.J., A.M., The Campion School
Prairie du Chien, Wisconsin

"PATRIS PATRIAEE" Dies Natalis utinam semper in animis Americanis recentem occupet memoriam! Utinam semper novam excitet filiale erga Guasintonium pietatem! Utinam semper ignes resuscitet amoris nostri in patriam ab illo tantopere amatam! Huic etenim patriae Guasintonius iuvenis vigorem suum et diligentissimos impertiebat labores periculosis illis temporibus quibus primum cum Indis contendimus; - huic vir maturas suas facultates dicabat in castris; - huic aderat consiliis sapientiae atque pertiae plenis praefectus Conventui, in quo Constitutio nostra concepta est atque perscripta. Hanc denique patriam, Summus Reipublicae nostrae constitutus Praepositus, rexit atque gubernavit. Pro qua denique, cum venisset hora, qua tam bene, tam insigniter, tam placide erat moriturus, ultimas effudit preces.

Guasintonius primus erat inter aetatis suae cives. Illius memoria piissimi amoris nostri tenet principatum; abhinc, usque ad illud ipsum tempus, cum ultima sanguinis guttula congelata erit in ultimo corde Americano, illud nomen potentissimi valoris erit pignus!

Est, est, auditores lectissimi, in Guasintonio aliquid ipsius solius proprium, quaedam quasi felicitas imensa, cuius nemo potest esse particeps. Nam vitae suae splendore atque

gloria praecellentissima suffultus, patriae iecit fundamenta, simulque sibi totius populi Americani perpetuum vindicavit amorem atque pietatem.

"PRIMUS EST IN UNIUSCUIUSQUE CIVIS AFFECTU"! Ita est, profecto: PRIMUS! Primus amor noster datur Guasintonio, amor ardentissimus!

Non est dubium, quin in omnibus nostris Coloniis ante Guasintonium viri fuerint fortes, sapientes, boni. — Nationem tamen Americanam ut Nationem ante annum milesimum septingentesimum septuagesimum quartum non puto esse natam. — Reipublicae vero Americanae recenter ortae primus amor in Guasintonium est collatus; prima vox Guasintonii nomen expressit, primus enuntiavit halitus; nunc quoque eadem voce nomen illud alto proclamat eloquio; — Republica nostra iam ad exitum vergente, extremo proferetur anhelitu!

Alii, sine dubio, viri vere magni magnae multis fuere aestimationi, multi omnibus admirationi: Guasintonius amatur, amatur a nobis omnibus. Quidquid de illo cogitatur, quidquid dicitur, nihil revocatur in memoriam, quod aut dissensionem aut discordiam aut animos parum contentos videatur exhibere: — nullam reperimus praeiudicatam aut presumptam opinionem, nullas diversarum patriae regionum factiones, nullam religionem

offensam, nullam adversam doctrinam popularem: nulla ex omnibus istis rationibus carpit Guasintonium!

Ita res se habet: cum bellorum tempestates nigerrimas diffundent tenebras, vehementissimas cum efflabunt furoris procellas, Guasintonii tum recordatio Americanis confirmabit brachia, animos erigit; ignem denuo accendet Prometheus, patriae amoris, dico, flammarum sublimem, sinceram erga rempublicam nostram pietatem a Guasintonio verbis commendatam, consecratam exemplis:

Defessis requies quando oculis erit
magnos contuitis? Proh!, dabitur locus
quem nec flagitiis Gloria polluit
nec ridenda Superbia?
Unus—Primus adest—Ultimus
—Optimus
Cincinnatus, eum protulit Occidens,—
GUASINTONIUS! — Hunc non
petit invidus:
Solum stare pudet bonos!

SUBSCRIBERS ARE ASKED
NOT TO FAIL TO SEND IN TO
US THEIR CHANGE OF AD-
DRESS THUS INSURING THEIR
SAFE AND PROMPT RECEIPT
OF EACH ISSUE. § § §

TITURIUS TERRIBILIS

REGULUS
ab uxore flenti liberisque avertit et Carthaginem redivit quod jusjurandum conservandum esse putaret, etsi scivit crudelissimam mortem se exspectare. Adventu Carthagine supplicia miserrima perferebat; nam inimici sui, ira commoti quia nullas conditions pacis confecisset, primo palpebras suas resecurerunt, aliquamdiu in loco tenebrico eum tenerunt et tum ardentes radios solis intueri repente eductum coegerunt quo cruciatus multo acrior permutatione esset. Postremo in arcem ligneam ex omnibus partibus horrentem clavis praecutis incluserunt et tam angustam ut erectus perpetuo manere cogeretur; stimulis ferreis confoditur quoque inclinabat et dolore continuo vigiliisque necatus est.

Ubi fama de morte ejus fera Romanam pervenit dicitur senatum Hamilcarem et Bostarem, duo nobilissimos Carthaginienses captivos domui Reguli tradere qui, sui ulciscendi causa, cum cruciati eos necaverunt. Nonnulli scriptores eam rumorem de morte Reguli non credunt, nihilo minus ea est fabella bona.

GEO. PAZMINO

TRACTATIO**DE EXEMPLIO**

Plus homines oculis, quam auribus credunt: longum iter est per praecotta; efficax et breve per exempla. Quales sunt ei qui praeasunt, tales et illi esse solent, qui eorum imperio subjecti sunt.

Non fieri potest ut qui talis ipse non est, qualem esse oportet, is alios ad paeclaras laudabilesque actiones incitaret. Sapiens ex aliorum vita et exemplo sumit vivendi consilium.

Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus ut sic tanquam illo spectante vivamus. Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat.

O felicem illum, qui non adspectus tantum sed etiam cogitatus emendat! O felicem qui sic aliquem vereri potest ut ad memoriam quoque eius se componat et ordinet! Qui sic aliquem vereri potest, cito erit verendus. Pars magna bonitatis est, velle fieri bonum.

JOCULARITER**PISCATORES**

Cum piscatores, diu et multum defatigati, nihil capere potuissent, perdita opera, tristes domum redire parant.

Tum de improviso thynnus, ab aliis piscibus persecutus, saltu in illorum navigium se dedit.

Quo potiti, cum praeda et laetitia, abierunt.

PRINCEPS SAGAX

Prof. R. P. Di Milla
The Fenway, Boston, Mass.

Princeps quidam, adhuc adolescens sed sagax supra modum subtiliter atque sapienter patris sui ministris responsa reddebat.

Cum quodam die primus ministrorum, vir aetate provectus, annorum experientia doctus, atque non jejunus litteris, puerum principem aliquid docere cuperet, ausus est illi lectionem impertiri hoc dicens, pueros, cum tenera sunt aetate, magno esse ingenio praeditos; cum autem senescunt, fatuos omnino atque imbecilles fieri.

Princeps qui acrem verborum sensum intellexit, illi respondit: "Est sane credendum, domine mi, te cum puer fueris, magno fuisse ingenio praeditum."

EXEMPLUM BONUM

Alfred V. Fraley, Ph. D.
Scriba A. P. S. L., Brooklyn, N. Y.

Vir quidam, nomine Robertus, cum omnia animalia satis diligebat, equos summo amore fovebat. Olim dum ad urbem iter facit, in hominem quendam incidit qui suo equo male utebatur. Robertus tantam crudelitatem pati non potuit. Is igitur eum castigavit. "Nonne mihi licet meum equum verberare si ita placet?" respondit homo. "Propterea quod tale exemplum tu proponis, id ego quoque imitabor."

Postquam haec dixit, magno baculo hominem saepe verberavit; is tum ita locutus est: "Hoc baculum est meum. Nonne mihi licet eo uti si ita placet?"

ROMAE HISTORIA

(EUTROPIUS — 365 A.D.)

CAPUT XIII

Tanta tempestas fuit ut ex quadrinquentis sexaginta quatuor navibus, octoginta servari vix potuerint: neque ulla tempore tanta maritima tempestas audita est. Romani tamen statim trecentas naves reparaverunt, neque in aliquo animus his infractus fuit.

Cnaeus Servilius Caepio & C. Sempronius Blaesus consules cum ducentis sexaginta navibus ad Africam profecti sunt, aliquot civitates ceserunt: praedam ingentem reducentes, naufragium passi sunt. Itaque cum continuae calamitates Romanis dispercerent, decrevit senatus ut a maritimis proeliis discederetur & tantum sexaginta naves ad praesidium Italiae salvae essent.

(Extendetur)

SACRAE HISTORIAE**CAPUT IV****CAIN KILLS ABEL**

Cainus non paruit Deo momenti: dissimulans iram, dixit fratri suo: "Age, eamus deambulatum."

Itaque una ambo abiuerunt foras, et cum essent in agro, Cainus irruit in Abelem et illum iterfecit.

Deus dicit Caino: "Ubi est tuus frater?" Cainus respondit: "Nescio; num ego sum custos fratris mei?"

CAIN IS PUNISHED

Deus Caino dixit: "Caine, quid fecisti? Sanguis tui fratri, quem ipse manu tua fudisti ad Me clamat. Tibi infesta terra erit, quae sanguinem Abelis bibit: cum eam longo duroque labore colueris, nullos fructus feret: eris vagus in orbe terrarum."

Cainus, veniam desperans, fugit.

(Extendetur)

PUGNATURI, BONA MATER

(Just Before the Battle, Mother)

Fred Gruhn, S.V.D.; A.M.
Philadelphia, Penna.

1.

Pugnaturi, bona mater,
Te praesertim cogito,
Cum contendimus in armis
Hoste fero proximo.
Socii circum me jacent
Dei domusque memores;
Cras permulti, clare vident,
In sepulchro dormient.
Vale, mater forsitan nunquam
Revidebis filium;
Sed me non oblivisceris
Inter caesos perditum.

2.


Audio tubam sonantem!
Vocat nos ad proelium.
Coolum protegat nos, mater,
Nobis sit propitium,
Libertatis vox iam tomat
Omnium in auribus,
Quam sub signis defendemus,
Vel pro qua peribimus!
Vale, mater, forsitan nunquam
Revidebis filium;
Sed me non oblivisceris
Inter caesos perditum.

LATINE COLLOQUAMUR

Dr. N.R.; St. Louis, Mo.

Where do you come from? Unde venis? Where are you now going? Quo nunc tendis? Why are you hurrying? Cur properas? Which way shall we go? Quo itinere ibimus? This way. Hac. That way. Illac. Down town. Per forum. Let's go. Eamus. Don't go there. Noli ibi ire. You don't know the way. Non viam novisti. What are you doing here? Quid tu hic agis? I'm resting here. Hic mihi otium est. I'm ill. Aeger sum.

Aenigma Verborum IN TRANSVERSUM



Thirteenth Prize-winning Puzzle
Factum ab Alberto Lees
New York City

Transversum	Deorsum
1. Socii	1. Procede!
5. Heros Troius	2. Ego (acc)
10. Tintinnabulum (Anglice)	3. I. L. B.
11. Vistant	4. Incile
12. Clama!	5. Diphthongus
14. Diphthongus	6. Sublime
16. Continet	7. Neve
20. Acutus	8. Interjectio
21. Idem (abl)	9. Sed
23. Popina	13. Sabulosi
25. Suus (abl)	15. Colloco
27. Perditus	17. Comburo
30. Sum (pars quaedam)	18. Hoc
31. Amoris Deus (Gr)	19. Gladii
32. Ops	20. Facio
33. Superi (su- perl)	22. Vis
35. Singulos	24. Dicis
36. Eius	26. Utor (P.P.P.)
37. Atque	28. Humor
38. Negotium	29. Herba quaedam
41. Scalpo	31. Prosilio
44. Negotio	34. Musicae Dea
45. Heros Boeo- tius	35. Utii
46. Satis	37. Illos
	39. At
	40. Atque
	42. Aut
	43. Procedit

CALENDARIUM

(Mensis Martius)

- Mar. 1st—Kalendis Martii
“ 2nd—a.d. VI nonas Martias
“ 3rd—a.d. V “ “
“ 4th—a.d. IV “ “
“ 5th—a.d. III “ “
“ 6th—pridie “ “
“ 7th—nonis Martii
“ 8th—a.d. VIII Idus Mar.
“ 9th—a.d. VII “ “
“ 10th—a.d. VI “ “
“ 11th—a.d. V “ “
“ 12th—a.d. IV “ “
“ 13th—a.d. III “ “
“ 14th—pridie “ “
“ 15th—Idibus Martii *“ 16th—a.d. XVII Kal. Apr.
“ 17th—a.d. XVI “ “
“ 18th—a.d. XV “ “
“ 19th—a.d. XIV “ “
“ 20th—a.d. XIII “ “
“ 21st—a.d. XII “ “
“ 22nd—a.d. XI “ “
“ 23rd—a.d. X “ “
“ 24th—a.d. IX “ “
“ 25th—a.d. VIII “ “
“ 26th—a.d. VII “ “
“ 27th—a.d. VI “ “
“ 28th—a.d. V “ “
“ 29th—a.d. IV “ “
“ 30th—a.d. III “ “
“ 31st—pridie “ “
Apr. 1st—Kalendis Aprilibus

EXPLICATIO AENIGMATIS

(In Jan.-Feb. numero)

Transversum

- | | | |
|-----------|-----------|-----------|
| 1. Oro | 18. Miles | 35. NCXPC |
| 4. Lua | 20. Ratio | 38. Aio |
| 7. Ovum | 22. Amor | 39. Ago |
| 8. Ulva | 23. Reos | 40. Ero |
| 10. Ore | 24. Foro | 42. Flos |
| 11. Ito | 27. Nudo | 43. Daps |
| 13. Alo | 31. Opera | 44. Ara |
| 15. Insto | 33. Aser | 45. Aes |
| 16. Ice | 34. Res | |

(Finitur in Pagina 12)

FABULAS LATINE INTERPRETATUS EST ARCADIUS AVELLANUS, PH. D.

KING OF GOLDEN RIVER

(John Ruskin)

REX AUREI RIVI

CAPUT XIII

Eadem qua progrediebatur ratione haec molestissima incommoda augebantur. Glacies circa pedes eius passim in nova fragmenta non sine fragore rumpebatur, novi oriebantur hiatus, novique scopuli se erigebant ac nutabant utrimque, aliquot etiam ante se corruebant. Tametsi haec, similiaque discrimina, ipse iam antea aliis glacialibus maxime horribilibus saepius expertus est, atque pessimis tempestatibus, nunc, nihil secus, novo quodam terrore Panico oppressus transsiliebat ultimum hiatus, quo perfecto, viribus ad extremum exhaustis, omnibusque artibus tremens, sese in caespitem ad latus montis loco tuto proiecit.

Quandoquidem in discriminé fluentum glaciale transeundi canistrum cibariorum magno sibi incommodo futurum erat, id sibi necessario in adversa ripa relinquendum censuit, et sic, praeter frustula glaciei, quibus se reficeret, habebat nihil. Ita sitim quidem restinxit, atque quies etiam unius horae corpus suum arduis exercitatum laboribus recreavit, atque animus indomita avaritia accensus, eum ad iter prosequendum incitavit.

Via eum nunc per dorsa sterilium ducebat rubentium saxorum sursum abrupte vergentium, absque vel unica herba ad molliendos gressus, vel absque unius digiti pinnis, quae contra aestum solis australis umbram praeberent. Iam meridies erat, atque fervor solis callem ingenti urebat aestu, dum omnis aura plane stare caloreque fervere videbatur. Lassitudini, qua Hans nunc iam laborare incipiebat, sitis quoque accessit, quae eum iam admodum urgere coepit.

(Extendetur)

SIRE DE MALETROIT'S DOOR

(Robert Louis Stevenson)

Ostium Cl. V. De Maletroit

CAPUT V

Aeque ambiguum erat utrum se non canis instar decuterent, ibique ubi lapsus esset relicturi essent. Status itaque rei satis concitatus, etsi non sine angore, fuit. Eorum taedae, ut ipse putabat, se ab eorum visu tuerentur; item futurum sperabat ut eorum vociferatio sonum gressum surorum absorberet. Si modo ipse satis agilis silensque esset, existimabat se eorum notitiae omnino subducere posse.

Mala quadam fortuna, cum ad recedendum se verteret, pedem maiori silici offendit; edito clamore, muro ilabitur, ensis autem suus magno strepitu pavimento alliditur. Protinus voces duorum aut trium audiebantur quaerentium, quis illic esset — aliquae Francice, aliae Anglice; Dionysius tamen nihil respondit, eoque celerius deorsum currere porrexit. Fastigium nactus, ad respectandum constituit. Illi usque sciscitabundi in se inclamabant, ac nunc demum accelerato gressu se insectari coeperunt, non sine magno strepitu armorum, taedarumque hoc et illuc in angusta fauce iactatione.

Oculis denique circumlatis, Dionysius in fornicem ostii suffugit. Illic enim notitiam effugere poterat, aut vero — si hoc minus — loco se reperiebat capitali, unde licebat aut negotiari, aut certe se defendere. Sic statuto, ensem evaginavit, tentavitque tergum suum ostio applicare. Praeter omnem expectationem ostium moli corporis sui cessit; ac, licet ipse extemplo se vertisset, ostium in cardinibus bene unctis silens ulterius verti perrexit, et cum opaco hiatu propansum stabat.

(Extendetur)

APPROVED — READ — STUDIED BY THOUSANDS

INDEX VERBORUM

- * * *
- Anhelitus, -us, M.—quick breath
Alimentum, -i, N.—food
Agellus, -i, M.—a little field
Clades, -is, F.—destruction
Congelo, -are, -avi, -atus—to freeze
Caespes, -itis, M.—cut grass, turf
Cingula, -ae, F.—girdle
Delictum, -i, N.—crime
Denuo (adv)—again, anew
Efflo, -are, -avi, -atus—to blow out
Erubesco, -ere, -rubui—to grow red
Fatuus, -a, -um—foolish
Guttula, -ae, F.—a little drop
Hiatus, -us, M.—an opening
Inchoo, -are, -avi, -atus—to begin
Indigus, -a, -um—needy
Jejunus, -a, -um—fasting
Jugerum, -i, N.—plot of land
Jusjurandum, -i, N.—an oath
Lodix, -icis, F.—rough blanket
Lassitudo, -inis, F.—weariness
Laguncula, -ae, F.—little flask
Labrum, -i, N.—a basin
Munuseulum, -i, N.—a little gift
Obviam (adv)—on the way
Piscator, -oris, M.—a fisherman
Pellis, -is, F.—a hide, or skin
Porticus, -us, F.—a portico, gallery
Pignus, -oris, N.—pledge, security
Paciscor, -i, pactus sum—to contract
Palpebra, -ae, F.—the eyelid
Praeacutio, -ere, -cussi, -cussus—to shake before someone
Saltus, -us, M.—passage through forest, or a leap
Salto, -are, -avi, -atus—to dance around
Sodetus (si audetis)—if you please
Scalprum, -i, N.—sharp knife
Secius—otherwise
Taeda, -ae, F.—a pine-wood torch
Thynnus, -i M.—tunnyfish
Vilicus, -i, M.—overseer of estate

EXPLICATIO AENIGMATIS

Deorsum

1. Ovo	14. Olo	29. Deis
2. Ruris	16. Ite	30. Oro
3. Omen	17. Eos	32. Angor
4. Luit	19. Error	33. Acrae
5. Ultor	21. Arens	36. Cosa
6. Avo	24. For	37. Peda
9. Olim	25. Opes	39. Ala
12. Scio	26. Res	41. Ops
13. Ama	28. Usa	

Commentaria de Libris

Julia Sabine, A. B.
Newark Library, Newark, N. J.

BEVAN, EDWYN—Poems of Leonidas of Tarentum. (Oxford, Clarendon Press, 1931). Hic liber est formosus cum Graecis formis litterarum bellissimis. Pagina tituli est onerosa sed hoc vitium est parvum. Liber est dignus loco in bibliotheca.

PECK, T. E.—Comparative Study of the Literatures of Egypt, Palestine and Mesopotamia. (London, British Academy, 1931). Hic liber est textum lectorum Schweich apud Academiam Britannicam.

NORWOOD, GILBERT—Greek Comedy. (Boston, Luce, 1931). Est nova presentatio operum huius auctoris de commedia Graeca. Volumen est commodum compactumque.

LATIN HONOR MEDALS

The Association for the Promotion of the Study of Latin (A.P.S.L.) is now making preparations for the Second Annual Award of Medals for Latin Students throughout the World. Necessary information about pertinent details will be ready for distribution to interested teachers and schools during the first week in April. Among the latest innovations in this annual presentation is that of awarding an appropriate loving cup for the trophy room to the schools, three of whose students shall have won these Medal awards. These need not be in three consecutive years but rather a total of three medals during the course of any number of years. All interested (only students of classes enrolled in A.P.S.L. by their teachers are eligible) are kindly requested to write for information during the specified time.